seruandum ad Ieremiam, magis antem tenet quilibet fratri suo erranti: vel peccanti: q̄ boni. si ergo bonum errantem tenetur reducere, ergo et fratem errantem corripere, quod est ad teum redire. **T**ertio hoc ppter legem euangelicā. **M**atth. 18. **N**am ibi dicitur Si peccauerit in te frater tuus, non dicit subditis. Et subdit etiam. **L**ucratus eris fratrem tuū. **Q**uia ergo omnes sumus fratres: oīs tenemur in unum corrīpere: quādo contingit aliquis nostrū peccare. **S**ed obiectis, quia Matth. 18. dicitur Si peccauerit in te et ceterum ergo peccat in alium vel in deum: non tenet cum corrīpere, ergo corrīpere nō est omnia. **V**nde op̄ illud Matth. in te, intelligit in te scientem: non in te lesum. Ita q̄ amore tuū illi corrīpias h̄ tuū gusti. **U**el dicit q̄ quicquid peccat in deum vel in quicunq̄ primum: in te peccat, tamen quia deus est caput nostrū. tñz quia membra sumus cūsdem corporis mystici: ppter quod dicitur psalmus. Particeps ego sum omnium timimentiū te: et custodiens tua mandata tua, hec Huius. et conuenit cum eo Richar. hoc est: hec simia potest trahi a Richar. in hac materia.

Utrum peccator teneat corrīpere delinquentem. **V**nde op̄ Huius, aliud est corrīpere, aliud est sine peccato corrīpere, ppter minima potest et debet peccator: peccato nō obstante. **N**am obligatiōem corrīpendi tria faciunt: que etiā in peccatore possunt esse. Primum est iniunctio peccati, corripi autem Matth. 18. iniungit iniunctio omni homi: tam iusto q̄ peccatori. **Z**est cognitio peccati, peccator autem potest peccatum fratris sui cognoscere: etiam melius q̄ ipse. **U**nde etiam in dogmate phorum dicitur. Nescio qua infirmitate impedimur: et aliena peccata melius cognoscimus q̄ nostra. **Z**est amor proximi, tamen in peccatore nō sit amor charitatis respectu fratris peccantis, est tamen in eo amor naturalis: vel amicitie: quo potest moueri: ut corrīpiendo subveniat illi. **L**irea **Z**est principale nō: op̄ peccator corrīpiens peccatum in duob⁹ casibus peccat: et in duob⁹ non. Peccat enim cum ipse malitia committit et iniuria quasi grauia reprehendit. ut Hieronimus, super illud Matth. 7. Quid vides festinam et ceterum de his inquit loquitur: qui cum crimen mortali detinens obnoxij: iniuria

peccata fratribus non cōcedunt. **E**cūdus casus ē: quādo sic corripiēdo pec-
catum suum palliare intendit. **i**n vtroqz
casu cum scandalizat: quātum in se est.
vnde Cris.super Matth. Corripe fratrem
vt salues ipm: non vt salues te ipm: scilz
vt per bonam doctrinam malos actus
mos possis operire: et scientie laudem ab
bonibz querere. Non peccat autem qz
peccatum suum est occultum: et aliū cor-
ripit ex amore naturali: vel amicitie. bo-
num est enim quod facit: et bonum in-
tendit nec scandalizat: hoc faciendo p-
pter quod non peccat. **T**ertius casus
est quādo est peccator manifestus et cor-
ripiens alium peccantem simul et inge-
misseens corripit vel accusat seipm. vnde
Auguſti. 2º libro de sermone dñi i mon-
te. et de verbis dñi super Matth. sermo-
ne. 16. Si quem vis reprehendere: vide an
ei similiſ ſiſ. Si ſic pariter ingemiscet. nec
tamen ipm tibi optes obtemperare: sed
pariter conari: mone. **D**ed obſicitur.
quia Matth. 7º super illud Quid vides
vestucam et. dicit glo. tristes totius ma-
licie ejicienda est: ut possis corripere. ergo
cum peccator non ejiciat totam malici-
am: non potest iuste corripere peccatores
Vnde eo qz tristes totius malicie ejici-
enda est ut possis corripere: dignus nō ut
possis corripere. hec Binal. Richarl. auit
4. dis. 19. q. 2. art. 2. c. ad predictam qnōez
sic breniter respōdet ſez qz peccatori cri-
minoso manifesto non licet fratrem cor-
ripere in publico: ppter ſcandalum. Si
autem peccator occultus fratrem corri-
piat in occulto: aut in manifesto. si factū
exigat. aut si manifestus corrigit in oc-
culto: et hoc faciat humiliter: prauitatem
ſuam recognitans: et ſcipit minus reputa-
tans pro eo qz non laborat a ſe remoue-
re iniuſtiam quam reprehendit in alio:
non peccat: sed bene facit: et loco et tem-
po re facere tenetur. **U**trum frater non
ſperans et ſua corripiēde fratrem pec-
cantem corrigat: ſed potius timens eum
deteriorati teneat ipm corripere. Et in-
tra hoc queritur: cum corripere fratres
peccantem ſit pceptum affirmatiuum: et
huiusmodi pceptum ligat ſemper: non au-
tem p ſemper: ſed tñ pro loco et tempo
re necessitatibz: quādo ſit locus et temp
necessitatis corripiendi fratrem peccan-
tem: ita qz qui non corripiuerit: extinc-

transgressor ſit. **V**nde eo fm Binal: ad
hanc ultimam quelliōem qz tribus co-
currentibus ex parte corripiētis: tri-
bus alijs ex parte fratris peccatis: tra-
gressor ſit: qui non corripit. alſ non.
Primi ex parte corripiētis ſit certa pre-
cati cognitio. ppter quod dicitur Ecc. ii
Prius interrogat: vnde vituperes queqz
et cum interrogatur: corripe iuste. 2º
est mansuetudo in corripiendo: quia cor-
ripiens cum ira magis ad peius prono-
cat qz corripiat. ideo dicitur in psal. Su-
perueniat mansuetudo: et corripietur.
Zº est qz in alio non ſit tanta ad corri-
piendum aptitudo: quia ſi ipm fratrem
peccantem videant alijs eque boni: ſicut
ego vel meliores et ei forte magis famili-
ares vel pclamis ſuus. pbabiliter ſup-
ponere poſſum: qz aliquis iſtowz in qui-
bus eſt debitum et aptitudo ad corripi-
endum illum corripiat ipm. cum dicatur
puer. 12. Quis eſt filius quez nō corri-
pit p. 1. 2. Regl. 20. Lustodi virū inſta-
qui ſi lapsus fuerit: erit anima tua pro
anima ipm. vnde non tebeo credere qz
prelatuſ ſuſ ſit immemoſ ſalutis ſuſqz
eſſet ſi negligeret ipm corripere. Si autem
certum eſſet qz omes negligerent ei cor-
ripiere: nunc teneretur. alijs tamen condi-
tiobz co-currentibus. **P**rimi vero
illoz triū que co-current ex parte pre-
catiſ ſit ſpes pbabil' de correctione. qz ei
correptio ſit inſtituta: ppter correptioz
ut patet Matth. 18. Si hoc non ſperat ſi
peioratio timeretur: correptio non tebe-
fieri. ut puer. 9. Noli arguere terro-
rem ne oderit te. 2º eſt qz ſum pecca-
tum ſit mortale nō tñ veniale. quia cor-
reptio pcipit ut corripiens fratres in-
eretur. Matth. 18. Si te audierit lucratuſ
eris fratrem tuum. 3º eſt qz non ſit ſpes
qz habeat maiorem oportunitatez: tem-
poris ad corripiēdum. vnde Auguſti. i.
de ciui. ii. ca. 9. Si ppter obiurgandis
corripiendisqz male agentibus parcit.
quia tempus oportunitus inquirit: non
eſt occasio cupiditatis: ſed coſilium cha-
ritatis. Dico ergo qz cum corripiere ſit
preceptum affirmatiuum: ideo obligat ad
executiōem ſui tempore necessitatibz. nūc
autem eſt necessitas quādo bec ſer currunt ſimul: ita qz ſi non pcurrant hz
hoc precepto ligetur: non tamen ligatur
ad exequēdum id est ad corripiendum.

sed potest differre sine peccato quousque
hec simul cocurrant. qd dico te non p-
lato te quo ad presens questio non fuit
Per hoc etiam patet respsio ad questi-
onem pmam que soluit per 4^o membrum.
dico enim q frater non tenetur corripi
fratrem quando credit probabiliter q
ex conceptioe prior fiat. ut prelato tam
in hoc casu alia est questio. Sed ob-
scit. quia debemus imitari deum. et ipse
illuz corripit te quo scit q prior erit. ut
patet de Iuda pditor. ergo et nos simi-
liter. Bendeo sibi Augusti deum vlt p
ximum imitari debemus in operibus mi-
sericordie et humilitatis et humiliorum. non
in operibus iusticie et excellentis potesta-
tis. Iudam autem corripuit lz eum futu-
rum peiorum scelerum. quia et hoc plura
bona elicere scimit et potuit. non sic est de
nobis. quia nec talis potentie nec scientie
sumus. Uel dic qd hoc fecit ex officio ut
prelatus. vnde et prelatus debet ex officio
corripiere cum quem scit peiorum ex
hoc futurum. ut alij terreas et ut alijs ca-
ueatur. ut nihil omnibus iusticie omitta-
tur. non sic autem est de fratre respectu
fratris. hec Hual. et cōuenit cum eo Hual.
de mara. et Richarl. quod potest haberi
a Richarl. 4. dif. 19. q. z. arti. i. Utrum
ex illo precepto Matb. 18. Si peccat in
te frater tuus et teneat inferior corripi-
re superiorum. Bendeo platus superi-
or est ex officio. pater ex beneficio. sed et
frater ex fide: vel ex religione: vel saltem
nature conformitate. peccator vero potest
esse ex opere. quia ergo prelatus est supi-
or debet ei subditus reverentiam et bono-
rem. quia pater debet ei amorem. qd fra-
ter adiutorium. frater enim qui adiun-
tur a fratre qsi cinctas firma. puerb. 18^o.
et sic debet ei corripiendum. Sed no. qd
corripiere aliquem contingit 4^o modis.
Primo amicabilitate monendo. vti Tul-
lius li. de amicitia. Monere et moneri a-
amicorum est. vnum libere facere: alind li-
benter recipere. et reuerenter obsecrando
et sic inferior potest corripiere superiorum
vnde Greg. in pastor. ca^o 27. Sunt sub-
diti ne dum culpas propositorum considerat
contra eos audactiores stant. sed siq corru-
valde sunt prava sic apud se diuident
ut tam eti timore costricti: ferre sub eis
ingum reverentie non recusent. hec Gre-

gor. in iiii et superior sic debet corripiere
suum seniorem lz officio subditi. i. 2. bi.
5. Seniores ne increpaneris: sed obsecra
ut patrem. glo. seniorem erate vel mori-
bus. 2^o asperne increpando ita q supine-
niat mansuetudo. psal. Supnent man-
suetudo et corripi. Et hic modus est seni-
orem ad inuenies. prius enim vclus fer-
ro aperitur et post emplastrum mitigatum
apponitur. Eccl. 26. Si est lingua curati-
onis et mitigationis et misericordie. 14^o
penam infligendo quod est. prie et tm
prelatorum: quibus Matth. 18^o. post illud.
Si peccata. in te frater tuus et. dicit que
cunq ligia super terraz erit et. H. Hual
et cōuenit cum eo Richarl. 4. di. 19. q. z.
arti. 2. c. qui etiam addit qd bac concepti
one que est actus vindicatio iusticie. in
feriores corrigit non debent superiores
nisi manifeste errarent in fide. tunc eniz
si non adessent superiores vindicantes
vel vindicare nolentes: p inferiores pos-
sent puniri. quia heresis reddit hereticum
catholicum inferiorem: non tm in foro in-
teriori: sed etiam exteriori. hec Rich. vbi
5. Hic tamen nota qd subditi nunq
debent sibi assumere modum corripien-
di plaurum: nisi in casu pdicto. qd his
no licet alios punire. sed prelati possunt
et debent nonum p assumere corripiendi
modum aliorum. Debent eniz aliquando
amicabiliter monere. aliquando asperne
increpare. aliquando obsecrare. vti Gre-
gor. i. pastori. Cittia subditorum aliquando
sunt leniter corripienda. aliquando aspe-
re et dure increpanda. hec Richarl. vbi
5. arti. i. c. 2^o. Sed obsecitur. quia. z. q
7. Paulus Petrum reprehendit qd non
auderet nisi se non imparem sciret. hoc
coelredit qd inferior superiorum reprehendere
non debet. Bendeo. resistere coram
omibus in faciem suo superiori inferio-
rem non decet. et ideo Paulus non fecis-
set: nisi aliquo modo par fuisse Petro:
quatum ad fidem defensionem. sed in eccl
to monisset reuerenter. nec intelligendum est
qd Paulus par fuerit Petro in officio
ecclastico dignitatis. solus enim Petrus
inter apostolos gerebat pmatum ut oīc-
ter. hec Rich. 4. di. 19. q. z. ar. 2. c. 4^o. et
cōuenit cum eo Hual.

Sequitur videre de s^o. l. vtrū illud
Matth. 18. Si pec. in te frater tu
us id. totum intelligi debat de
peccante occulte. Unde si fratrem
duo vel occulatum. occultum. s. et publi-
cum. Occulatum autem dicitur tribus mo-
dis. Uno modo quod solus deus nonit. vel
homo per confessioem. et de hoc non est que-
stio. quia hoc spectat ad teum: non ad nos
quo ad istam corruptionis formam. vnde
glossa. Matth. 18. super illud. In te. quia si i-
teum peccat non est nostri arbitrij. solo
deo sciente. 2^o dicitur occultum quod ho-
mo solus. i. non cum alio nonit. Hoc est.
Non est boum hominem esse solus. i. non
cum alio. 3^o modo dicitur peccatum oc-
cultum: quod solus quis nonit. i. vnum cū
paucis familiaribus. sicut rex dicitur esse
vel facere aliquid in occulto vel esse solus:
quando est cū paucis sibi familiaribus
Tertius. i. Quoniam sedet sola cuncta plena
populo. i. quomodo que solebat plena esse
populo est sola. i. paucos habitatores ha-
bent. Dico ergo sine punitio: quod prece-
ptum de correctione fraternali. Matth. 18.
datum intelligitur de peccato occulto 2^o et
3^o modo dicto. Et de peccato publico ita
quod quilibet tenetur fratrem suum corripe-
re de hoc triplici peccato tentione tamen
et obligatio affirmativa qua ligat pro-
plo et tempore. Ita tamen quod quilibet pe-
ccato apterit modus et forma corripien-
di fratrem quod competit. Nam si fratrem pec-
cantem solus non cum alio vidi vel no-
ui: debeo corripere inter me et ipm solum
non cum aliquo alio. si me audiit: lucra-
tus sum eum. si non audit: debeo adbi-
bere mecum vnum testem: non duos. p-
batio quod possum et quod debeo. Et possit pa-
ret quia dominus ponit disjunctiā: dicens.
Adhibe tecum vnum testem vel duos. q-
cum te disjunctiā possim eligere partē
et implere sine transgressioē possim vnu-
m et non plures adhibere. Et autem sa-
cere debeam patet. quia si duos vocarez
quando scirem solus et nullus alius. pos-
set frater scandalizari. ut tote quia pluri-
bus dicarem quod solus scirem. et quod etiam
videretur quod cum ibi testimonio plurimum
vellem capere in verbis et facere per te-
stes duos si fatetur manifestum: quod
fuit occultum. esset autem meum pericu-
lum. quia si coram duobus sibi dicarem

suum peccatum occultum: posset negare
et mi per illos duos testes a me ductos
coram iudice concorditer peccatum sibi
imposui: quod probare non potui. vnde
ipm a me diffamatum posset coqueri.
Hec possem mi defendere per euaglinum
quia non dicit quod adducatur duos. s. vnu
vel duos. **D**icitur igitur mibi licet al-
terū illorum quod voluerem facere cum sit
disjunctiā. RENDERI POTESIT QUOD DISJUNCTI-
UA EST PROBABILITER ET RONABILITER ADAPTA-
DA. NON ENIM EST CREDENDUM QUOD COMMUNUS
NOSTER IESUS CHRISTUS AUCTOR OMIS PIE-
TATIS VOLVERIT QUOD DUOS ADDUCEREM SUPER
PECCATO OCCULTO: QUOD ESSERE POSSET IN FRA-
TRIS SCANDALUM: ET IN MEUM PERICULUM;
PRECIPUE CUM VNU SOLUS ADDUCA CUM
PERSONA PRINCIPALI: SUFFICIAT AD INTEN-
NEM DOMINI PSEQUENDAMI. VT. J. PATEBITUR:
ETIAM HOC SIT VERUM. PROBATUR PER ILLUD LE-
TINUM. Si peccauerit anima et audierit vo-
cem iurantis testis qui fuerit quod aut ipse vi-
dit: aut conscius fuit nisi indicaverit: por-
tabit iniuriam suam. glossa. interlineari
indicauerit sacerdoti vel ci qui posset vel
non obstat. **I**bi autem loquitur tertius de
peccato quod solus: non cum alio nosti.
Et dicit glossa. quod dicit sacerdoti: non sacer-
dotibus: vel ci non eis. ergo in hoc casu
vnu est adhibendens. Si autem nec
sic te audierit. dic ecclie. i. prelato tamen: qui
potest potest in occulto. et obesse non de-
bet. Nam si diceres multitudini ecclie
sicut nihil valeret. immo tibi noceret: quia
probare non posses. sufficit ergo tunc pre-
lato dicere: et non alij qui possunt ecclie.
Vnde Augustinus in regula. Frater peccatis
debet in secreto corripere: deinde si contradi-
xerit prelato ostendi. **S**i vero sit sic
occultus quod tu solus non cum multis: s. cū
paucis familiaribus nosti: tunc cū
am debes tenere formam corripendi sic
ut pīmo inter te et ipm solum corripias.
si te non audierit adhibe tecum vnum:
vel duos testes de illis qui tecum noue-
runt: non alios: qui non nouerint. vt b^z
Augustinus libro de verbis domini sermonem. 16.
Ubi malum contigit ibi moriatur. du-
os inquam testes ut dicit glossa. Matth. 18
studio corripendi vel concordandi solus
quod peccasti. et te ad meam correptionem
emendare noluisti. Si autem te nec ali-
os audierit: dic ecclie. i. plato inquitum

presidet ecclesie ut corrigat ad tuam de
nunciatiōem: et illorū qui viderunt testi
moniū: sicut nouerit expedire. hec Hual'
et cōtēnit cum eo Richarl. 4. vīl. 19. q. 2
ar. i. o. et arti. 2. et Guil'. de mara. Si autē
peccatum fuerit publicum tunc fīm Ri
charl. vbi. s. arti. i. o. et plures alios non
est necessarium secretam admonitionēs
p̄cedere denunciatiōem: quia ut dicitur
extra te pe. et remis. c. i. manifesta peccata
non sunt purganda correptiōe occulta
sed manifesta ut eius pena alij terrean
tur. Est etiam circa peccatum publicum
dicta forma tenenda sic q̄ primo corri
pias inter te et ipm solum. et si te audie
rit: lucratus es fratrem tuum. nec ultra
p̄cedendum est a te: qui solum queris
fratris correptiōem. Prelatis autē qui
ex officio debet tollē scandalum: et alijs
dare occasiōem vitandi cōsimile pecca
tum. potest et debet cum arguere in publi
co: et ceteri qui viderint terreant. ut di
cit. i. Thibī. 5. Peccantes coram omni
bus argue: ut ceteri timorem habeant.
Si autem te non audierit: adh̄ibē tecū
testes studio corripiēdi vel cōvincendi
si te audierit: tunc ut p̄ius. si vero non
audierit: dic ecclie. i. prelato publice: ut
publice corrigat quod publice peccat.
Q̄ autem hec forma euāgelica sit in p̄
cepto de peccato publico: iz multi h̄ ne
gent ut dictum est. tamen fīm Hual'. p̄
batur per illam decretū extra di iudi. no
nit. 7. ii. q. 2. precipue. scribit enim Nico
laus papa regi Lotbario de facto publi
co sic. Leterū p̄cane ne quādo nobis fz
sceptum osii duos aut tres testes adh̄i
beamus. immo nec adhuc sancte ecclie
discamus qđ non optamus: de cetero si
as sicut ethnicus et publicanus. Sic
ergo patet q̄ p̄ceptum est fratrem peccā
tem corrīdere fīm formam in euāgelio.
Math. 18. datam tam te occulto quod
solus quis nouit. q̄s te occulto quod cū
paucis nouit. q̄s etiam de publico. Sed
quia est p̄ceptuz affirmatiū ligās sem
per: sed non ad semper: sed tñ pro tempore
necessitatib: quod est quādo omnes
ille sex cōditiones cōcurrunt: non est ti
mendum multum de transgressiōe ho
minis bone voluntatis. Sed obijic̄.
quia Petrus Actuū 5º manifeste de ma
nifesto arguit Ananyam et Saphyraz:

dicens. Quid temptant satanas cor
tum mentiri te spūi sancto re. nec tam
legitur aliquando eos corripuisse inter
se et ipm solum quod tamen ut videt fe
cisset: si p̄ceptum domini de peccato ma
nifesto datum fuisset. ergo non est datū
de peccato manifesto: sed tñ de occulto.

Proindeo q̄ Petrus illos duos corri
puit inspiratus a domino: qui prius ut
credis eos corripuerat. fīm illud Apol.
2. Ego sto ad hostium et pulso. **O**bij
cit iterum: quia Paulus ad Hal. 2. cor
ripuit tñ manifeste Petrum: quia aper
te teliquit. unde dicitur q̄ in facie sibi re
stitut. **P**roindeo q̄ Paulus fīm quosdā
prius corripuit Petru i secreto: s̄ post
ea ad tollendum scandaluz alioz in pu
blico. Uel dicendum q̄ necessitas fidei
cōfirmande non permisit differre corre
ptiōem donec in secreto facere posset.
hec Hual'.

Sequitur videre de 6. scz de or
dine correptiōis fraterne. **E**t
queritur vtrū sit p̄ceptuz q̄ cha
ritatiua admonitiō vel correptio p̄cedat
tenunciatiōem ecclie faciendam. **P**ro
deo fīm Hual'. sicut fraterna correptio ē
sub p̄cepto: ita et ordo. scz q̄ tenuncia
tiōem p̄cedat secreta correptio vel ad
monitio. Est autem fraterna correptio
nobis data sub p̄cepto affirmatiō ut
vistum est. s. ita etiam et iste ordo. p̄ce
ptum autem affirmatiū ligat semper:
sed non ad semper. sed tñ quando illud
impleri est necessariū. Sunt autem 4º
casus in quibus secretam correptiōes p̄
mittere non est necessarium. Primus
est quando frater venialiter peccat: non
mortaliter. quia non est p̄ceptum nisi de
peccato per quod frater amittit et corre
ptus lucratur. Math. 18º. Luctat eris
fratrem tuum. **S**econdus est quando
corrīpiens fratrem ex sua secreta corre
ptiōe peiorē fore formidat. **T**ertius
est quando lz sit spes correctiōis per se
cretam admonitiōem: tamen mora peri
culum habet. tunc omissa priuata ceri
ptiōe statim tenunciare debet. Nec hoc
est contra formam legis euāgelice data
ex correctionis ordine. lex enīz interpre
tanda est pro utilitate illius pro quo da
ta fuit. et ex legislatoriis intentiōc. cōstat
aut q̄ intentio Christi legislatoris fuit

correctio peccatis que etiam est utilitas eiusdem correcptiois. Et ideo I^z quando tu possis corripere fratrem. tamen mora traheret periculum: qd periculum vitari possit per denunciatioem: non est contra legem correcptiois sed fin illaz est omissio tunc primatam admonitiōem. vnde *Tulius. i. rhetorice. c. 9.* Ex utilitate reipublicae non ex legis inspectioe: que in iuris est leges interpretari debent: ob quam insitute sunt. hoc enim est epiloga ut babet s^o etbi^s. *Martus casus est.* quando corripiens sine culpa corripere non valet. vnde. *rz^o moral. ca^o 15.* dicit. Perseste magnitudinis laus est perpeti exterius fortiter: et interior clementer. Nam sit nonnulli qui in ipa familiarium cōnversatio ne corrigi nequeunt: sine culpa corrigēt. atq^s ideo cum vel corrigētem inquinat vel non omnino hoc agentes aggrauat: magna mysterij arte dissimulata sunt: recteq^s dissimulatio toleranda. *Sed obijicit.* quia extra de accusa. cum dilectus dicit sic. Si vobis cōsiderit praestatum episcopii non fuiss^r pmonitum ab eisdem: a denunciatioe eosdem repellat. sed non repellent a denunciatioe: nisi fuisset pceptum admonitiōem pmittere. ergo pmittere eam est pceptu. *Vnde* qd I^z in foro cōtentioso ptermittens admonitiōem charitativa m^o scia de denunciatioe repellat: non tamen dicit decretalis qd ptermittet illam semper peccat. Nam ex causa et ex charitate aliquādo potest dimittere: et prelato tenisciare: saltem in foro penitēcie vel cōscientie ubi solū agit ad fratri correcptioem: non ad aliquam penam exteriorē. Uel dic qd huismōi iura que illum qui non pmitit monitiōem repellant: sunt data i fanorem platorum: et pacie. quia subdit*i* te facili insurgunt cōtra prelatos. ppter quod ins aliquātulum artauit formam correcptioe euāglicam qstum ad formam extrinsecum et publicuz: nō quātam ad formam penitēcie primatum. *Obijicit* iterum qd extra de accusa. qualiter et quādo. dicit qd sicut accusatioem pcedere debet legitima inscriptio. et denunciatiōem charitativa admonitiōem: ita inquisitiōem pcedere debet clamorosa insinuatio. ergo illicitum est denunciare nisi pcedat charitativa admonitiō vel cor-

reptio. *Vnde* becratio verum concludit in forma iuris: non in forma pua te denunciatiois: vel amicabilis: que fit in visitatioe coram planis religiosorum vnde in inquisitiōbus visitationi i religionib^s que de cōsuetudine vel ex ordinatione aliqua certo tempore sunt non oportet obsernare huismōi formam. s. qd pcedat clamorosa insinuatio. vnde ex te accusa. qualiter et quādo. in fine. postq^s egit de forma accusatiois: inquisitiōis: et denunciatiois: dicit sic. Hunc autem ordinem circa personas regulares nō credimus usq^s quaq^s obsernandum. Unde etiam in accusatioe non semper pcegitur inscriptio: sed sufficit charitativa ad monitio. vt patet. *z. q. 7. accusatio.* si qd inquit aduersus eos sc̄s platos vel co^r ecclias pmonis fuit puns ad eos charitatis recurrit studio: ut familiari colloquio pmoni ea sanent: que sananda sunt. *Ad oppositum autem sc̄s qd ad monitio non est necessaria ante denunciatiōem ostendit* sic. Christus peccatum Iude denunciavit aplis qfī ecclie. *Io. 1z.* nec tamen admonitiōem charitati nam legit pmississe. ergo nec nos pmissis tenemur monere qd denunciare. *Vnde* qd vel Iudain Christus pmonuit p us secreto interius in corde: vel forsitan non pmonuit. quia ex hoc peiorum fore pscinit. Uel dic qd aplis non denunciavit ut prelato vel ecclie: sed vt illos per illud quod eis iam notum aliquo modo erat instrueret. *Obijicit* iterum qd religiosi in capitulis et visitatioibus frequenter denunciant defectus fratrum prelato nulla admonitiōem pmissa: nec hoc reprobatur: nec precipit eis ut premitant huismōi admonitiōem. ergo non est necessaria. *Vnde* vt babet extra de accusa. qualiter et quādo. qd huismōi forma denunciatiois et inquisitiōis et ordo non sunt usq^s quaq^s fernanda circa regulares personas. vel dic qd visitatioes religiosorum ut frequentius: immo quasi semper sunt de venialibus: de quib^s non datur pceptum correcptiois. et per cōle quens nec ordo huismōi est obsernandus. Uel dic qd factum religiosorum in capitulis coram prelato non est proprie denunciatio: nec accusatio: nec inquisitio de quibus iura loquuntur. sed potius

est quedam visitatio suo tempore finita cuiuscumque religiosis rationabili facienda put patres instituerunt. Et ideo modus cuiuslibet religiosi est approbadus: si non est plane contra teum et charitatem fraternalis. hec *Hinal.* et cōuenit cum eo *Huius de maria.* et *Richar. 4. di. 19. q. 2. ar. 1. o.* ¶ Et hoc nota responsio nem cuiusdam magni doctoris ad questionem principalem p̄missam. scz q̄ in his que tradit dñs fernanda: aliquando est peccata forma seruanda: ut in sacramentis et in talibus: non licet recedere a prescriptis verbis formis. quia in ipsis virtus sacramenti consistit. Aliquando vero suis intentis magis debet attendi q̄s forma verbis. vt cum deus dicit curato a lepra *Matt. 8.* Uide nemini dixeris. et tamen ille dissimilavit eum. quia magis attendit. ppter quid dixerit q̄s quid Similiter hic magis debet attendi suis receptionis scz emendatio peccantis q̄s ordo verbis. Si quando ergo videatur frater peccans salubrius corrip̄i per alium qui potest et vult. pdesse per se secure potest ei indicare. Et hoc est quod dicit *Anf. li. de similitudinib.* canendum est: ne quis aliquid sinistrum alienum de aliquo loquatur: nisi vel vt ille te quo loquitur ab illo cui loquitur emēderet. vel ille cui loquitur ei familiaritate iungat: et ab ipso corripiat. Item *Augusti.* exponens verba Christi *Matt. 18.* dicit. Aliquando nobis ab viroribus adulteria virorum secreta produntur. nos vero non pdimus. sed secrete corripimus. vt ubi malum constigit: ibi morias. unde cum virores non reprehendantur hoc q̄ manifestant se creta peccata virorum. p̄ q̄ nō tenemur semper seruare ordinem pdictum.

Sequitur videre de 7. scz de testium adductio. Et circa hoc queritur. vtrū testes sint addendi et necessitate p̄cepti ante q̄s denun ciat ecclie vel prelato peccatum primi. Hendoq; sic nisi subsit causa: quare hoc non expidat. vnde fm ordinem debitum munere frater corripiens fratrem peccantem: p̄mo debet eum inter se et ipsi leniter corripiere. et si sic non proficiat debet secundo adhibere testimoniū vel duos studio corripiendi vel cōincendi: fm *Augus.* in glo. *Matt. 18.* Et si sic nō

proficiat: debet tertio tenuciare illius p̄lato: qui debet eum admonere vt se corrigit. et si prelatus sic monendo non proficiat tenunciatiū cōnictum excoicando a membris ecclie: sicut membrum infectum separat: ne alios inficiat fm illud *Matt. 18.* Si eccliaz non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. quem cuq; enim ligauerit super terram re. Si tamen frater non speret fratrem peccatum per se: vel cum testibus adducendis posse corripiere. sed magis timet eum ex corruptione peiori fore: vel ex mora: si non tenunciatur periculum aliquod imminentere. potest et debet testibus dimissis: ad monendum statim prelato tenunciare: qui remedium adhibeat monendo: vel puniendo: p̄t sibi videbitur exp̄dire. Et in tali castu corripiens sic faciendo: non facit contra ordinem correctio nis enāgelice. seruat enim intentiōem legillatoris: et attingit finem intentum ab ipso. quia vt dicit *Augusti.* ad *Macedonem.* Sine plectedo: sine ignoscēdo hoc bene agit: vt vita hominis corrigatur. hec *Hinal.* et cōuenit cum eo *Richar. 4. di. 19. q. 2. ar. 2. o.* et *Huius de maria.*

¶ Et nota q̄ testium inductio de qua loquimur hic sit triplici de causa. Primo ad efficacius ostendendum fratri sui peccatum: et reuocandum ipsum ab eo. Secundo ad efficacius coincidendum eum: si iteraret peccatum. Tertio vt corripiens possit probare q̄ fecerit quod inse est. quia qui non p̄monuit fratre: repelletur a tenunciatōe. extra te accusa. cuq; dilecti. et ideo probare debet q̄ p̄monuit eum. extra te iudi. nonit ille. hec *Rich. vbi. 5. ar. 2. c. 1.* Sed obijcitnr. quia *Augusti.* in regulatalem ordinem ponit scz q̄ primo frater inter se et ipm secreto debet corripi. Secundo si non audit illum debet prelato dici. Tertio debent testes adhiberi. Quarto in publicum adduci. sed nomine prelati: intelligitur ecclesia. ergo prius debet prelato vel ecclie dici: q̄s testes adduci. Hendoq; prelato peccati fratris dici potest duplicitate. vel vt amico. et patri vlt ut iudicetur. Primo modo loquitur *Augusti.* ex quo enim te non andit. et quo fm formaz dñi *Matt. 18.* datam: oportet unum testimoniū vocare qui plus peccantem diligat

¶ p. quod ille plus faciat q̄d prelatus: in
quatum pater & frater & amicus. Se-
cundo modo loquit̄ dñs in fine auctoritatis:
quādō dicit, dic ecclie, i. prelator: vt
indici qui illum ab ecclia expellat: nisi p̄
ns sic admonitiōi acquiescat. ¶ Obvi-
cit iterum, quia, ii. q. 3. p̄cipue, dicit sic.
Precaue ne quādō nob̄ duos vel tres
testes s̄m dñi p̄ceptum adhibeamus. ḡ
nec vnuis testis: sed plures sunt adducē-
di. ergo non bene videt in euangelio di-
ctum. Adhibe tecum vnum. Matth. 18°.
H̄nde q̄ illud capitulū Precipue: loq-
tur in persona iudicis volentis, pcedere
ad puniēdum: qđ facere nō potest: nisi p̄
duos vel tres testes. Dñs autē Matth.
18° loquit̄ de persona corrip̄tis: cui suffi-
cit vnuis testis ad corrip̄dum: etiam
ad testificādum iudici q̄ admonitus est
quia persona corripiens vel denunciās
in hoc cāu pro teste accip̄it. & ille vnuis
adducēt testis secessus. & sic ibi duo
sunt testes: qui sufficiunt sic accepti in cā
denunciatiōis: vt dicit illa decretalis ex
te testi, in omni negocio. ¶ H̄nial.

Sequitur videre de 8° l. vtrū fra-
ter qui lucrat̄ est fratrem per
corriptiōem inter se & ipm: tene-
atur prelato p̄cipienti per obediētiā re-
uelare peccatum fr̄is correc̄ti. H̄nde
s̄m H̄nial, peccatus p̄nata correptōe cor-
rectum: aut fuit publicum: aut occultum.
Et si occultum, hoc est duplicit̄: quia v̄l
illud occultum p̄mo tenet in aliorū
ognitiōem: aut remansit occultus: sicut
ante corriptiōem. In p̄mo cāu tenet pre-
lato p̄cipienti per iuramēti exigenti obe-
dire: non tñ in casu denunciatiōis: imo
etiam inquisitiōis vel accusatiōis: si agē-
tur cōtra illū correctum: isto vel illo mo-
do. quia l̄ sit correctum quātum ad illū
peccatoris conscientiam: non tam quā-
tum ad aliorū scandalum: & infamiam.
In 2° cāu etiam dicendum est prelato.
sed tñ coram illis: ad quorū noticiā de-
uenit. & non coram alijs: vt ibi infamia
moriat: vbi habebat ortu, dicente Au-
gusti, de verbis dñi, sermo, 16°. Ubi pec-
catum ort̄ ibi moriat. Et simili mō di-
co te infamia. In 3° cāu etiam tenet di-
cere plato: sed ip̄i soli: non coram alijs,
non vt peccatum corrigat: quia iā cor-
rectū est. nec vt infamia tollat. qz nullā

est: nec suīt. sed vt prelatus subditum su-
um p̄gnolcat s̄m illud puerb. 27°. Dñi
genit̄ agnoscē vultum pecoris tuū: & co-
gnitum p̄t indiger custodiat in bono:
& custodito a malo caueat s̄m illud. 27°.
Regl. 20. Læsedi virum istum: qui si
lapſus fuerit: erit anima tua pro anima
cius. Sicut enī p̄e inquinat tangentē
s̄m illud Ecl. 17. Qui tetigerit p̄icē inqui-
nabitur ab ea. & sicut vnuis corporis
etiam curatum relinquat in corpore cica-
tricē. sic sunt nōnulla peccata: & fere om-
nia: que etiam correcta relinquunt in co-
qui illud cōmisit aliquam p̄nitatem ad
illud iterum cōmittendū. verbi grana
Si quis peccaverit cum Berta, electio-
tio carnis gustata & antiqua cōfidētia
de ista inclinat ad peccandum cum illa:
etiam plus q̄d cum alia. & sic suo modo
etiam est de alijs peccatis. Quia ergo p̄-
latus subdit p̄nitatem ad malum co-
gnoscere & cum custodiare & ei canere: vt
pastor non posset nisi ille qui solus scit si
bi p̄cipienti diceret. Et ideo soli prelato
non coram alijs tenet diceret. ut pote illi
qui debet potest & vult p̄desse ei: & non
obesse s̄m glo. Augusti, Lemit. 5. & 22. q.
5. hoc videt. hec H̄nial. & cōnenit enī to
Richarl. & H̄nial. & mara. Et breuiter q̄
libet doctoz de ordine beati Francisci &
dicere cōtrarior̄ forz regularis discipli-
ne maximū tetramētum. Addit etiā Ri-
charl. 4. dis. 19. q. 3. arti. i. c. q̄ talis tenū-
ciatio non est in p̄ficiū famē fratribz
si prelatus sit talis qualis esse debet. Si
enī per signa valde pbabilia timet
q̄ ex illa denunciatiōe fratrem correc̄ti
infamare vellat: tunc crimen occultum
fratribz iam vere correctum plato tenun-
ciari non debet. hec Richarl. ybi. 5. &
tamen dico supposito q̄ ad hoc se eren-
dat potestas plati. quia dicit Matth. 27°.
Super cathedrā Dñosi sederūt scriber
pharisei: omnia quectiōs dixerint vobis:
fernate & fa. glo. omnia ad cathedrā perti-
nentia. plato ergo ad ciuius cathedram
pertinet plenitudo potestatis: obediēdū
est in hoc casu: & in omnibus. vt est sum-
mus pontifex. prelati autem qui sit vo-
cati in partem solicitudinis: obediēdū
est s̄m q̄ datum est ipsorū cathedris. vt
sunt episcopi & inferiores illis. Similē
dico q̄ platis religionū tantū obediēdū

est quantum spectat ad cathedram ipsorum i. quantum extendit se votum ipsorum subditorum. vii Bern. li. 2. de dis. 7 precepto. c. 6 Ponant propositi metam obedientie subditorum: et votis labiorum suorum. modus obedientiis est tenor. professionis. Illi ergo religiosi qui videntur obediens in omnibus que non sunt contra animam suam et reglam: certum est quod isti in hoc casu obediens debent. Illi etiam in quoque regula non est expressum quod sic in omnibus obediens: expressum tamen est quod voluntatem propriam simpliciter abrentient. puto etiam quod in hunc casu obediens debent. Nam sic obediens est finis deum: nec contra votum est: sed finis votum ipsorum. est etiam finis euangelij intentionem. p. 11. s. q. sit finis deus: patet. dicit enim Bern. li. de dis. 7 precepto cap. 8. Eadem cura obediens est deus: et dei vicario. Et idem cap. 9. Prelati quez pro deo habemus: in omnibus que non sunt aperte contra deum: audire debemus z. s. q. sit finis ipsorum votum patet per Bern. li. de dis. 7 precepto. cap. 9. Regularius inquit. professio qua se minor sponte subdit maior equum alligat: et predictos omnis equidem pacti reos virtus pariter necessitate teneri. unum fidelis cure. alterum fidelis obedientie. cura autem non minima est ad curandum: sed etiam ad perfundendum a peccato et casu. Et hoc non potest fieri nisi peccatum correctum: ex quo est proportionata derelicta: cognoscatur: nec cognoscere potest nisi per te qui solus nosisti. ergo teneris dicere ad bonum fratris tui. Et propter officium plati quod debet exerciri: et propter bonum obedientie et propter tui. z. s. q. sit finis intentionem euangelij patet. Nam dominus Matth. 18. c. Deinde preceptum de fratribus corrupti: non solum intendit peccatum commissum corrigere: sed etiam correcto de residuo cauere: vel a peccato imposterum perfundare. erat enim medicus Matth. 9. et Matth. 9. Non est opus valetibus medico. plati et etiam eius vicarii sunt medici. Intentio ergo eius est quod non solum peccatum quod morbum curerit: sed etiam ulterius morbum causant in subditis et perfundent. Sed obseruitur quia Bern. li. de dis. 7 precepto. dicit quod is qui profiteretur spondet obedientiam non tamquam omnia: sed determinate finis regulam. nulla autem regula dicit quod pec-

